

Elio Corti

Fernando Civardi

COITERPULLUS



*Divo
Alberto Teutonico
atque
Gallinaceo generi
dicatus*

**Transcribed
by
Fernando
Civardi**

**Translated
by
Elio Corti**

**Reviewed
by
Elly
Vogelaar**

The Chick of Volcher Coiter

June 8 - 2010



Volcher Coiter
1534-1576

**EXTERNARUM ET INTERNARUM PRINCIPALIUM
HUMANI CORPORIS PARTIUM TABULAE
AUTORE VOLCHERO COITER FRISIO GROENINGENSI
INCLYTAE REIPUBLICAE NORIBERGENSIS MEDICO PHYSICO ET CHIRURGO
NORIMBERGAE IN OFFICINA THEODORICI GERLATZENI
MDLXXIII**

**[32] DE OVORUM GALLINACEORUM
GENERATIONIS PRIMO EXORDIO
PROGRESSUQUE, ET PULLI GALLINACEI
CREATIONIS ORDINE.**

Postquam in fine tabularum de internis humani corporis partibus, quae ad brutorum generationem et foetuum partes peculiares pertinent, attigi, quo ex abundanti et nunc discrimen hac in parte inter quadrupeda et volatilia dignoscatur, et etiam quidam Philosophi, sese ex scrupolosis in scholis ubique agitatibus quaestionibus atque ambiguitatibus omnibus facilius explicare queant: operae praetium esse duxi hic subtexere, quae in generatione, et formatione pullorum gallinaceorum animadverti. incipiam a prima ovorum generatione, descendam ad ovi absolutam perfectionem, et ultimo recensebo historice, quidnam singulis diebus, dum inter incubationem formantur et animantur pulli, novi procreetur. Ne lector, qui quid naturalium rerum scriptores qui sunt Hippoc: Aristoteles et Plinius de procreatione pullorum gallinaceorum,

**ABOUT THE BEGINNING AND THE PROGRESS OF
GENERATION OF THE EGGS OF GALLINACEANS AND
THE SEQUENCE OF CREATION OF GALLINACEOUS
CHICK.**

After at the end of the tables dealing with the internal parts of the human body I have dealt with matters concerning the generation of animals devoid of reason and the parts characteristic of fetuses, I thought it worthwhile to add here my observations during the generation and formation of chicks of the fowl, so that in addition a full distinction in this section may now be done between quadrupeds and birds, and also in order that some philosophers may be able to free themselves more easily from all rough problems and ambiguities discussed everywhere in the schools. I shall start from the beginning of the generation of the eggs, I shall proceed to the ultimate perfection of the egg and finally I shall examine in chronological order what new is created on each day while the chicks are being formed and endowed with life during incubation. In order that the reader, who has read what the naturalist writers, who are Hippocrates, Aristotle and Pliny, handed down about

tradidere, legit, ullibi¹ offendatur, vel in veritatis exquisita cognitione assequenda remoretur, dissentiunt enim inter se autores: deinde ne quispiam vel historiae meae obscuritate, vel prolixitate, vel etiam ob sententiarum contrarietatem inter legendum implicetur haesitetque, placuit in fine brevibus huius materiei scriptorum sententias adiicere.

OVA in plerisque avibus generationis primordium ab avibus faeminis sumere, Zephyria, sive hypenemia, id est subventanea, quae alias sterilia et irrita vocantur, et absque maris semine excusa sunt, demonstrant. circa brumam itaque in gallinis communibus sub diaphragmate, ubi cava vena ex iocinore prodiens, diaphragma perumpit, sensim ac pedetentim, multi parvi et subflavi globuli ex mero vitello conflati, cumulatim ob ventris brevitatem acervantur, ac colliguntur, minime secundum ventris longitudinem, ut in viperis et serpentibus oviparis, monilis ex corallis sive magnis margaritis conflati instar, iuxta intestina utrinque extenduntur. Eo in loco fovendis ovis aptissimo, dorsi in primis, deinde circumpositarum partium ligamenta dilatata atque expansa, singulis ovis, singulas membranas venis arteriisque refertas, ut inde nutrimentum augmentumque acciperent, impartiunt. globuli in principio pauci et parvi numero et quantitate aucti, maiores et inferiores primo, post reliqui ad priorem uterum protruduntur, ex hoc ad secundum, a secundo perfecta prorumpunt: qua vero ratione, nunc per utriusque uteri explicationem declarabo.

In gallinis duo reperiuntur uteri, quorum alter elatior existit, et lati intestinuli in gyros circumvoluti formam representat, albo colore praeditus, vacuus, et dorso annexus a me inventus est. Superiori regione pertingebat ad imperfectorum ovorum cumulum, sub diaphragmate a dorsi ligamento dependentem, cui beneficio tenuissimae membranae alligatus erat. hic deprehendere non potui foramen, per quod inchoata ova vel ovorum seminaria, in hunc ingrediantur uterum. Constat autem primus uterus ex duabus tunicis interna nimirum, et externa, interna est alba, multis rugis referta, sic enim ante iustum tempus ova non elabuntur, externa similis est peritonaeo, quae a vena cava ramos venarum satis insignes, ab aorta arterias

the generation of chicks of the fowl, may not be anywhere irritated nor be delayed in attaining the exact knowledge of the truth, for the authors disagree among themselves. Finally, so that someone while reading may not be confused and uncertain because of the obscurity or prolixity of my account, or also because of the contradictions contained in the affirmations, I thought proper to add at the end the affirmations of the writers on this subject by the recourse to an abstract.

Zephyrian or full of wind eggs, that is, *subventanea*, which sometimes are called sterile and fruitless and have been produced without the semen of the male, demonstrate that in most birds the eggs originate from female birds. Therefore during the winter time in the common hens, under the diaphragm where the vena cava arising from the liver overtakes the diaphragm, slowly and gradually many small yellowish globules, made up only of yolk, accumulate and gather because of the shortness of the abdomen, but not along the length of the belly as it happens in vipers and oviparous serpents where they are spread out everywhere beside the intestines like a necklace of coral or of large pearls. In that area, which is most suitable for nourishing the eggs, the enlarged and expanded ligaments firstly of the back, and then of the surrounding structures, give to each egg an its own membrane filled with veins and arteries so that it may receive nourishment and growth from them. The globules, in the beginning few in number and small, after have grown in number and size, first the larger and lower ones and then the rest, are thrust into the first uterus, from this into the second, from the second come out finished structures. In what manner, I shall now make clear by an explanation of both uteri.

In the hens two uteri are found, one of these is situated higher up and in shape is similar to a widened small intestine wounding in loops, which I have found to be endowed with white color, empty, and attached to the back. Superiorly it was extending until the heap of imperfect eggs which is suspended under the diaphragm from a ligament of the back to which the uterus is joined thanks to a very thin membrane. I was unable to find a foramen here through which the rough eggs, that is, the little seeds of the eggs might enter this uterus. Moreover the first uterus consists of two tunics, that is, internal and external. The internal tunic is white and endowed with many folds, and hence the eggs do not escape before the proper time. The external tunic which conducts to the uterus rather large branches of veins from the vena cava and

¹ *Ullibi* non è reperibile nel latino classico. È invece presente, per esempio, in testi latini di René Descartes (1596-1650), Isaac Newton (1642-1727) e Daniel Bernoulli (1700-1782), dove assume il significato di *in qualche luogo*, *anywhere* in inglese. Si preferisce tradurre questo *ullibi* di Coiter con *in qualche punto*.

multas ad uterum ducit. in hoc ova valde augentur et albumen consequuntur.

Alter et inferior uterus, per quem galli semen immittitur, longitudine adaequat dimidium digitum, consequitur orificium angustum et strictum, quod ad crassitiem ovi perfecti dilatatur, uterus vero hic laxè ovum comprehendit. Substantia eius est crassa atque ex propria impropriaque, sive a peritoneo mutuata, conflatur tunica. externa haec peritonei, tenuis atque plurimis venis arteriisque conspicuis intertexta est. Interna sive propria crassior est, multo et minoribus paucioribusque vasis perfusa. Uterus hic secundus terminatur ad glandulas duas, quae renum in avibus vicem subire existimantur, isthic habet strictum orificium sphincteris instar, quod a secundo utero excipitur, haud dubie {sphinctir} <sphincter> hic dilatatur et constringitur rursus, dum ovum ingreditur, [33] et ingressum est. Officium huius est ovum excoquere, et calore suo ita indurare, ut putamen consequatur, num vero hic prolificum galli semen ovo impartiat, me latet, uteri cervix satis longa crassaque est. Hactenus de ovorum origine et absoluta perfectione, nunc vero de pullatione, sive foetura. Animadvertendum hic, quod pulli gallinacei, ut et aliarum avium, pro propria natura, ratione temporis, regionis, incubationis assiduitate, tardius maturiusve efformentur. Columella inquit diebus quibus animantur ova, et in speciem volucrum conformantur, ter septenis opus est gallinaceo generi. Aristoteles inquit: aestate gallinae duodevigesimo die foetum excludunt, hyeme aliquando 25.

Equidem anno 1564. mense Mayo Bononiae, instigante me Philosophiae ordinariae professore excellentissimo, viro ut variarum scientiarum artiumque sic Philosophiae, et in primis vero naturalis partis scientia eximio, Doctore Ulysse Aldruando, promotore et praeceptore meo perpetua observantia colendo, et aliis doctoribus studiosisque cohortantibus, mandavi duas Gallinas glorientes, sive ad incubationem proclives seligi, earumque singulis 23. ova subiici: atque istis comitantibus, singulis diebus unum, quo haec duo praecipue cerneremus, nimirum originem venarum, atque quid primo in animali gignebatur, aperui.

In primi diei ovo vidi luteum consequutum circum album, non admodum magnum, in cuius medio eiusdem coloris punctum sive

many arteries from the aorta, is similar to the peritoneum. In this uterus the eggs enlarge greatly and acquire albumen.

The other uterus, the lower, through which the semen of the cock is introduced, is half a finger long, it has a small and narrow orifice, which widens out until to the size of the perfect egg. But this uterus holds the egg easily. Its structure is thick and is composed by an its own tunic and another tunic which is not its own since is derived from the peritoneum. The external peritoneal tunic is thin and interwoven by very numerous veins and by conspicuous arteries. The internal or proper tunic is thicker and perfused by much smaller and much fewer vessels. This second uterus terminates near two glands which are thought to perform the function of kidneys in birds. In this place it has a tight orifice like a sphincter which belongs to the second uterus, and no doubt that this sphincter widens out and newly narrows when the egg is entering and when the egg has entered. The function of this second uterus is to dry the egg and so much harden it by its heat that it may acquire the shell. To say the truth, whether the prolific semen of the cock is here imparted to the egg, I do not know. The cervix of the uterus is rather long and thick. Thus far about the origin and completion of the eggs. Now I shall consider the growth of the chick or development of the fetus. It should be observed here that gallinaceous chicks just as those of other birds are formed more slowly or more rapidly in accordance with their own nature, the season, the region, the constancy of incubation. Columella says that the gallinaceous genus needs 21 days during which the eggs are endowed with life and fashioned into the form of birds. Aristotle says: in the summer, hens hatch out the fetus on the eighteenth day, in the winter sometimes on the twenty-fifth.


As for myself, in May 1564 at Bologna, stimulated by Doctor Ulysse Aldrovandi, most distinguished professor of ordinary philosophy, a man excellent in the knowledge of the various sciences and arts as well as of philosophy, but overall in the knowledge of the branch concerning the nature, my encourager and teacher to be cherished with perpetual regard, and encouraged by other teachers and students, I entrusted two hens having a voice of broody hen, that is, I chose two hens prone to brooding, and underneath everyone I placed their 23 eggs: and along with these men, I opened one on each day, in order to understand overall these two things, that is, the origin of the veins and what was first formed in an animal.

In the egg of the first day I saw that the yolk had acquired a white circle which was not very thick, in whose center there was a point or small disc of the

orbiculum, ex circulo fluebant duo germini², quorum alter crassior et longior altero existebat, vitellus fluidior, atque recentis ovi luteum.

same color. From the circle two prolongations flowed away, one of them was thicker and longer than the other. The yolk was more fluid than the yolk of a fresh egg.

Secundo die
On the second day



Secundo die vidi duas tenuissimas pelliculas, ceu membranas, quarum altera putamini immediate adhaesit, altera aliquantisper a putamine dissita substantiam ovi involvebat, in cacumine enim spatium exiguum fuit vacuum. Vitellus elatus erat ad cacumen, ut Aristoteles inquit tertio die fieri. Vitelli media pars candidior reliqua parte cernebatur. in medio conspexi quid semini simile. punctus et circulus inventi sunt, sub membrana involvente ovi substantiam, atque fibris quibusdam sanguineis aspersi. album ut vitellus aliquanto liquidior solito. substantia alba vitro similis, quam vulgus semen galli existimat, aliquanto durior extitit.

On the second day I saw two very thin pellicles or membranes, one of which adhered immediately to the shell, the other, which surrounded the substance of the egg, was separated a little from the shell. For a small empty space was present at the pointed end of the egg. The yolk had moved toward the pointed end of the egg as Aristotle says to happen on the third day. The middle part of the yolk was seen to be clearer than the remaining portion. In the center I saw something resembling a seed. The point and the small disc were found under the membrane surrounding the substance of the egg and bestrewn with certain sanguineous filaments. The white, like the yolk, was a little more fluid than usual. The white glass-like substance, which is commonly held to be the semen of the cock, was a little harder.

Tertio die
On the third day



Tertio die in albumine nulla fuit deprehensa mutatio, at punctus, sive globulus sanguineus in vitello ante inventus, iam in albumine potius repertus, manifeste pulsabat, fundebatque unum


No change in the albumen was detected **on the third day**, but the sanguineous point or globule previously found in the yolk, but now found rather in the albumen, manifestly pulsated and, as we were able to

² Irreperibile nel latino classico il sostantivo maschile *germinus*, neppure come equivalente al neutro *germen* = germe, gemma, germoglio, pollone. Non si emenda in quanto il genere degli aggettivi correlati a *germini* è corretto. Probabilmente Coiter con *germini* intende le calaze. Non credo valga la pena emendare *germini* con *ge{r}mini*, ossia, *gemini*, gemelli, anche se le calaze sono due, ma sono una diversa dall'altra quanto a dimensioni.

venae ramum, ut ex colore iudicare quivimus, qui in duos scissus, multos emisit ramusculos, qui circuli modo pulsantem punctum ambiere. hi ramusculi suffulciebantur membrana tenuissima, quae tum munere, tum substantia secundinam exprimebat. Tres itaque hic repertae sunt membranae, quarum prima putamini {asscribitur} <ascribitur>, secunda ovi universae substantiae, tertia secundinae.

judge by the color, gave rise to one venous trunk which, after dividing into two, gave off many small branches which encircled the pulsating point. These small branches were supported by a very thin membrane which represented the secundine - allantoïd - both in function and structure. Hence three membranes were found at this time, the first is assigned to the shell, the second to the whole substance of the egg, the third to the secundine.

Quarto die
On the fourth day



Quarto die pertudi ovum ab obtusiori parte, et primo occurrit spatium adeo vacuum, ut articulum digiti priorem facile admiserit. album instar aquae, ob tenuitatem diffluebat, globulus et reliqua maiora reperta sunt, pulsabat autem globulus, vasa minime. ab altero latere globuli tres sibi mutuo coniuncti, colore translucidi, vitro simili reperti. ab altero duo rami, sive vasa arteriis non dissimilia extiterunt, quae tamen non pulsabant. Albumine effuso in conspectum prodiit vitellus satis liquidus, et hinc inde sanguine quoquo modo conspersus.

On the fourth day I opened the egg from the blunter end and there occurred first a space so empty that it easily admitted the distal phalanx of a finger. The white, seeming water, flowed off on account of its poor consistence, the sanguineous globule and the other structures were found to be larger. Moreover the globule pulsated, the vessels very little. On the opposite side, three translucent glass-like globules were found joined together. On the other side there were two branches or vessels, not unlike arteries, which, however, did not pulsate. After the albumen poured off, a rather liquid yolk came into view, besprinkled here and there with blood in a not uniform manner.


Quinto die deprehendimus secundam membranam totius ovi substantiam ambientem, et multis venis perfusam, ita a putaminis membrana liberam et validam, ut absque offensione cum ovi substantia extrahi potuerit. aperta hac membrana, globulum sanguineum pulsantemque vidi profundius solito subsidisse. sumpsi utriusque gallinae quinti diei ovum, et in altero apparuit tantum globulus pulsans adhuc informis, sanguine utcunque circumfusus cum suis venis, ut ante dictum est. globuli a latere existentes colore tendebant ad nigrum habebantque in medio minores adhuc globulos, qui coniuncti cerebrum quoquo modo {representarunt} <repraesentarunt>, tertius globulus, non nisi in magnitudine mutatus fuit. In albumine visae sunt partes dissimilares, quarum quaedam tenues ad candorem accedentes, quaedam crassiores. Vitellus facillime cum albumine confundebatur. In altero ovo

On the fifth day we observed that the second membrane was surrounding the substance of the whole egg and was invaded by many veins, so free from the shell-membrane and so strong that, without injury, it could be removed together with the substance of the egg. When this membrane was opened, I saw that the sanguineous, pulsating globule had sunk more deeply than usual. I took an egg of the fifth day from both hens and also in the other one only appeared the pulsating still formless globule which was, however, surrounded by blood with its veins, as previously told. The globules present in the other side tended to be black in color and between them they had still smaller globules which, interconnected, after a fashion imitated a brain. The third globule was different only in size. In the albumen dissimilar parts were seen, some of them were thin verging to snow-white, others were denser. The yolk was easily mixing with the albumen. In the other egg the head of the chick clearly appeared very

manifeste caput pulli apparuit pro ratione corporis maximum, et in eo utrinque a lateribus unus oculus subniger, qui in medio perlucidus conspiciebatur, in medio oculorum tertius globulus, a capite dependebat reliquum corpus oblongum, non longe a capite cor vel orbiculus pulsans situs, unde et venae visae sunt primam ducere originem. nullum hic potui deprehendere hepatis vestigium, ita interna erant confusa.

large with respect to the size of the body and on both sides of the head there was a blackish eye, which was found to be very clear in the middle. Between the eyes there was a third globule. The rest of the rather long body hung down from the head. Not far from the head was situated the heart or a pulsating disc from which also the veins were seen to arise. I was able to find no trace of the liver, so confused were the viscera.

Sexto die
On the sixth day




Sexto die praeter reliqua, quae omnia fuere maiora, vidimus ab obtusiore parte post³ membranarum sive pellicularum primo albumen, haerebat enim luteum in fundo, in albumine pullus vivus animatus, et omnibus suis partibus adumbratus fluctuabat, caput pro ratione [34] corporis maximum illi concessum erat, nihil praeter oculos perfectius et maius obtinuit. potui enim, sed cum aliqua difficultate in oculis omnes tunicas et humores a se mutuo discernere. Hinc non praeter rationem Lactantius Firmianus ex eo, quod in avibus primo oculi generentur, iudicavit caput in avibus generationis exordium sumere. Fortassis oculi, ut artificiosissima operosissimaque instrumenta, desiderant longum tempus, ut perficiantur. quapropter cum aves exiguo temporis spatio ovis immorentur, rerum creator primo ab oculis fabricam hanc exorditur. Porro inter duos oculos in superiori regione apparuit globulus satis magnus et pellucidus, qui cerebrum {representare} <repraesentare> visus est, infra oculos erat rostro quid simile.

On the sixth day, in addition to the other parts which were all larger, from the blunter end we first saw the albumen beyond the membranes or pellicles, for the yolk was sticking to the bottom of the egg. The alive and kicking chick, and sketched in all its parts, floated in the albumen, it had a very large head in proportion to the body, it had nothing more perfect or larger but the eyes. For, but with some difficulty, I was able to distinguish in the eyes all the tunics and humors from one another. Hence from the fact that in birds the eyes are developed first, Firmianus Lactantius judged, not without reason, that the head begins to develop first in birds. Perhaps the eyes, just as very elaborate and active instruments, require a long time for completion. Wherefore, since the birds remain in the egg for a short time, the creator of things begins this building first from eyes. Furthermore, superiorly between the two eyes a rather large, transparent globule appeared, which has been seen to represent the brain. Below the eyes there was something resembling the beak.

³ In mancanza di un accusativo correlato alla preposizione *post*, bisogna ammettere che *post* sia un avverbio seguito da un genitivo plurale: membranarum sive pellicularum.


**Septimo die
On the seventh day**



Septimo die omnia manifestius sese visui obtulere, primo pelliculae tres, praesertim tertia secundina dicta, venas suffulciens, et omnem liquorem circundans. emisso liquore candido cum flavo, animal exiguum et rudi minerva efformatum prodiit. caput illi erat caeteris corporis partibus tum maius, tum perfectius, dignoscebatur et craneum et rostrum exquisitius, reliquum corpus cum membris informatum. ex visceribus nullum quasi potui distinguere, tum quia ventri thoracique inclusa erant, tum quia intus necdum veram et manifestam delineationem consequuta erant, undique enim confusa cernebantur.

On the seventh day everything could be seen more clearly, first the three pellicles, especially the third called secundine which supports the veins and surrounds all the fluid. After the white fluid along with yellow had been poured off, a small, rudely-formed animal appeared. Its head was larger and more perfect than the other parts of the body. Both the cranium and the beak were observed to be more improved. The rest of the body and limbs were formless. I was able to distinguish almost none of the viscera both because they were held in belly and thorax, and because internally they had not yet attained a true and manifest form, for they were seen confusedly everywhere.

**Octavo die
On the eighth day**



Octavo die inveni omnes partes maiores magisque delineatas, et crura et alas, ita, ut iam pulli effigiem demonstrarit. validiori motu in ovi albumine se ipsum volvebat. Praeter haec reperi venas satis conspicuas, in pulli umbilicum immissas.

On the eighth day I found that all parts, including legs and wings, were larger and better formed, so to already exhibit the likeness of a chick. It moved around in the albumen with more vigorous motion. In addition I found rather conspicuous veins entering the umbilicus of the chick.


Nono vidi secundinam venarum tum multitudine, tum magnitudine auctam, denique et copia sanguinis solito turgidiorum, transudaverat etiam sanguinis tenuissimi nonnihil, post secundinam visui occurrit pullus fluitans in albo et utrinque a lateribus vitelli dimidium, tanque vitellus in duas aequales partes dissectus fuisset, vasa umbilicalia multo erant

On the ninth day I observed that the secundine had increased with respect to the number and size of its veins. Furthermore, it was more turgid than usual because of abundance of blood, and some very diluted blood had also transuded. After the secundine, the chick was visible floating in the white with half of the yolk on each side as if the yolk had been cut into two equal parts. The umbilical vessels were much

maiora. Pullo exempto detraxi membranam propriam immediate pullum cingentem, ne scilicet in humore periret. Iam omnibus partibus absolutus et poris latis, ex quibus pennarum primae radices prorupturae erant, undequaque conspiciebatur. caput omnium maximum extitit, oculi vero perfectissimi et suis palpebris donati. In capite vidi tres globulos transparentes, et simul avium cerebrorum figurae efformantes. Inferiores omnes a collo partes, ad integram naturalemque figuram perductae. foris in pectore e cordis regione pulsatio apparuit, cor suam habebat formam et colore subalbido praeditum, pulsabat etiam extra pullum diu. iecur subpallidum, ventriculus, intestina, costae et omnia alia viscera admodum fluida atque flaccida reperiabantur. albuminis duplex substantia, et singulae singulis propriis membranis comprahensae erant. Altera portio fuit translucida et pullum ei innatantem continebat. altera lenta, crassa et pallida tanquam excrementitia albuminis portio in fundo ovi haesit.

larger. After the chick had been taken out, I removed the proper membrane immediately surrounding the chick so that it might not perish in the liquid. The chick was now observed perfect in all parts everywhere with large pores, from which the primordia of feathers were about to emerge. The head was the largest of all parts, besides the eyes were perfect at all and provided with their lids. I saw three transparent globules in the head, the combination of them producing the form of the avian brain. All parts below the neck had attained their complete and natural form. A pulsation appeared externally in the chest due to where the heart is located. The heart had attained its form and was whitish in color. Moreover it was beating for a long time even if outside the chick. The rather pale liver, the stomach, the intestines, the ribs and all the other viscera were found to be very flabby and flaccid. The substance of the albumen was double and each was surrounded by its own specific membrane. One portion was transparent and contained the chick floating in it, the other was viscous, dense and pale, and was adhering at the bottom of the egg as it were the excrementitious portion of the albumen.

Decimi diei ovum
The egg of the tenth day



Decimi diei ovum habebat secundinam solito aliquanto robustiorem, venas sanguine foris irroratas. Foetus vitello tanque pulvinari instratus omnibus partibus absolutus: femora dorsum et clunes erant primis radicibus pennarum obductae. corpus vel venter pulli capite aliquando maior, contrarium asserit Aristoteles. In oculis omnes tunicas, omnes humores, et externa velamenta utpote palpebras, atque membranam qua nictitant, vidi. cerebrum suos habebat anfractus et gyros, cor vero naturali figura et colore candido, ut partes spermaticae, praeditum: pulmo ac costae erant efformatae. in ventre inferiori iecur ab albo colore ad rubicundum tendebat, ventriculus atque intestina candidissima. prodibant ex foetus ventre iuxta anum duo vasa umbilicalia ad vitellum tendentia. exempto pullo deprehendimus maiorem partem

The egg of the tenth day had a secundine somewhat stronger than usual and veins on the outside with flowing blood. The fetus, laying upon the yolk as on a cushion, was perfect in all its parts. The legs, the back and the buttocks were covered with the primordia of feathers. The body or belly of the chick was now larger than the head. Aristotle states the contrary. In the eyes I saw all the membranes, all the humors, and the external covers or lids, as well as the membrane with which they wink. The brain had its sulci and convolutions. The heart, indeed, had its normal form and was white in color like the reproductive parts. The lung and the ribs were formed. In the lower part of the belly the liver tended from white to reddish in color, the stomach and the intestines were very white. Two umbilical vessels emerged from the belly of the fetus next the anus and proceeded to the yolk. When the chick had been removed, we noticed that the


albuminis absumptam, et quod super erat, crassum excrementum extitisse, a vitello vero parum vel nihil abscessisse.

Undecimo die nullam, nisi quae in magnitudine est, cognovimus differentiam, manifestius atque caput, creverat, pennae subpullularant. foetus in albo et tenui liquore, vitello incumbens, natabat. sub vitello haesit crassum et viscidum albumen.

greater part of the albumen had been used up and what remained was a dense excrement. Little or nothing from the yolk, however, had disappeared.

On the eleventh day we found no difference except in size. Also the head had grown more evident and the feathers had sprouted a little. The fetus, lying upon the yolk, floated in the white and tenuous fluid. The dense and viscid albumen adhered below the yolk.

**Duodecimo die
On the twelfth day**



Duodecimo die, praeter caetera consideravimus membranas et humores, membranae fuerunt quatuor, quarum prima roboris gratia putamini concessa est, ita enim valide putamen fragilissimum unitum conservat, ut ovum recens, et crudum ne a robustissimo viro, si acutiores partes utraque manu comprimantur, quidem rumpi queat. secunda totam ovi substantiam ambit deprimitur et constringitur, pro ovi imminutione, et contractione et hac ratione inhibet partium ovi, quae facile commotione, cum omnia liquidiora incubationis tempore redduntur, fieri potuit, confusionem. Tertia praebet venis arteriis sustentaculum atque stabilimentum, arteriis enim atque venis est referta, extrinsecus sanguine subtili conspersa totum ovum circundat, et secundinae munere fungitur. [35] Tertiam sequebatur membrana pullo propria, quae simul cum pullo aquae non parum continuit. visum mihi est, hanc tunicam sive membranam iuxta umbilicum dilatari, et vasa umbilicalia investire. ad pullum quod attinet, maior solidior fuit, et maioribus pennis obductus erat. Extremitati superioris et inferioris rostri adhaesit quid albi et laxae, quod feminae dicunt prohibere frugum apprehensionem, quapropter simulatque exclusi sunt pulli, hoc album avellunt.

On the twelfth day, in addition to other things, we examined membranes and humors. The membranes were four. The first was fused with the shell thanks to its strength, for so strongly it holds the very fragile shell together that a fresh and raw egg cannot be broken if the pointed ends are compressed by both hands, except that by a very strong man. The second membrane surrounds the entire substance of the egg. It is depressed and contracted according to the diminution and contraction of the egg. In this way it prevents the mingling of the parts of the egg which could easily occur because of shaking, since everything becomes more liquid during incubation. The third membrane affords a support and a sustain for veins and arteries, for it is full of arteries and veins. Moistened externally by tenuous blood, it surrounds the whole egg and performs the function of the secundine. The third membrane is followed by the membrane proper to the chick, which contains not a little water in addition to the chick. It seemed to me that this tunic or membrane is dilated next to umbilicus and that it wraps the umbilical vessels. As for the chick, it was larger and more solid and was covered with larger feathers. Something white loosely adhered at the end of the upper and lower bill. Women say that this prevents the picking of grain and for this reason they remove this white formation as soon as the chicks hatched.

**Decimo tertio die
On the thirteenth day**




Decimo tertio vidimus substantiae ovi minorem quantitatem, pullum maiorem atque magis pennatum: nihil praeter haec peculiare.

Decimo quarto die, quantum ovi albumini abscesserat, tantum pullo augmenti accessit. erat etiam totus parvis pennis contactus. liquor pellucidus, crassus et viscosus, minori quantitate solito, propria membrana, ut et vitellus pellicula vasis referta, continebatur. Umbilici vasa visa sunt mihi numero quinque esse, quorum una vena membranam tertiam sive secundinam, cui multos ramos impartiebatur, petebat: duae vero aliae venae per tunicam vitellum investientem disseminabantur. praeter has venas, repperi inter vasa umbilicalia duas arteriolas, anfractuose vermium instar, ad vitellum tendentes, insertionem animadvertere non potui.

On the thirteenth day we saw that the substance of the egg was diminished in quantity. The chick was larger and more feathered. Besides these things there was nothing special.

On the fourteenth day the chick had a growth equal to the amount of albumen that had disappeared. It was also entirely covered with small feathers. The transparent, dense and viscous fluid, smaller in quantity than usual, was contained in its own membrane just as the yolk was contained in a pellicle full of vessels. The umbilical vessels seemed to me to be five in number. One vein ran to the third membrane or secundine to which it supplied many branches, but two other veins were distributed throughout the tunic covering the yolk. In addition to these veins, I found among the umbilical vessels two small arteries which, coiled like worms, were going towards the yolk. I was unable to observe their attachment.

**Decimo quinto die
On the fifteenth day**




Decimo quinto die vasa undique per secundinam diffusa fuere, et adeo tenues habebant tunicas, ut levi cultelli contactu vulnerabantur, effluxit sanguis valde rubicundus et tenuis. haec vasa sive venae, ab uno ramo satis crasso per medium chorii longe extenso prodire. dissecta secundina, effluxit aquosi seri non parum. deinde vesicula sive membrana in conspectum venit, in qua haerebat foetus in aqua

On the fifteenth day the vessels were scattered everywhere through the secundine. They had tunics so thin that they were injured by slight contact with the knife. Very red, thin blood flowed out. These vessels or veins proceeded from one rather thick trunk, which extended for a long distance through the middle of the chorion. When the secundine was cut, no little watery serum flowed out. Then came into view the vesicle or membrane to which adhered the

natans, et simul vitellus propria membrana conclusus. haec membrana secundinae, ut in foetu humano amnios chorio, annexa erat. vitellus in duas partes manifeste divisus, cohaerebat vix spatio dimidii digiti latitudinis, una tamen utrique parti fuit membrana, quae ex umbilico sive cute pulli enata fuit. reliqua superioribus respondebant.

fetus floating in water, and at the same time the yolk covered by its own membrane. This membrane was fused to the secundine just as in the human fetus the amnion is fused to the chorion. The vitellus was clearly divided into two parts and cohered only for half a finger's breadth, but for both parts there was one membrane which arose from the umbilicus or skin of the chick. The rest corresponded to what before has been described.


**Decimo sexto die
On the sixteenth day**



Decimo sexto vidi crassam viscosamque albuminis partem undequaque fere absumptam, et arteriae pulsantis ramum dissipatam {iter} <inter> membranam vitellum cingentem. membrana pulli et lutei eadem erat. alia quae augeri debuere, maiora, quae imminui oportuit minora sunt visa: inter caetera venter multo erat solito tumidior et crassior: in ventre viscera plurimum incrementi sumpserant. In ventriculo repperi substantiam chylosam, cuius tamen maior portio fuit in fine stomachi, iuxta ventriculum. extra ventrem pendebant vasa duo vermium instar, quae potius intestinis, quam arteriis assimilabantur.

On the sixteenth day I saw that the dense and viscous portion of the albumen had been used up almost everywhere and that the branch of the pulsating artery distributed it throughout the membrane surrounding the yolk. The membrane of the chick and of the yolk were the same as formerly. Other things which should have grown were observed to be larger; those which should have diminished in size were seen to be smaller. Among other things, the belly was much more swollen and bigger than usual. Within the belly, the viscera had grown very much. In the stomach I found a chyle-like substance, the major portion of which, however, was in the end of the esophagus next to the stomach. Two worm-like vessels, which resembled intestines rather than arteries, hung down outside the belly.

**Decimo septimo die
On the seventeenth day**



Decimo septimo die vidi et inter tertiam et quartam, et inter quartam et pullum substantiam aquosam, sed paucam, deinde ex umbilico vidi

On the seventeenth day I saw an aqueous substance, but scanty in amount, both between the third and fourth membrane and between the fourth

prodire arteriam unam, tres venas, et apophysim ab intestinis ad vitellum. venarum duae ingrediebantur venas mezeraias, tertia ad cavam, arteria magna transcendens ventriculum, inserebatur in cor, ut alias vidi. Intestina extra umbilicum aliquo usque propendere, et meatus ex intestinis ad ovi vitellum pervenire vidi. faeces durissimae, nimirum putaminis instar, inter membranam quartam, et pullum deprehendebantur. in ventriculo repertum est chyli non parum cum aqua permixtum: vitelli non parum in ventrem attractum fuit. positus, situs descriptioni Aristotelis respondebat.

and the chick. And then I saw emerge from the umbilicus one artery, three veins and an outgrowth going from the intestines towards the yolk. Two of the veins entered the mesenteric veins, the third the vena cava. A large artery, passing the stomach, entered the heart, as I saw other times. I saw the intestines jutting a little out of the umbilicus and some openings from the intestines reaching the yolk of the egg. Very hard shell-like feces were observed between the fourth membrane and the chick. In the stomach some chyle mixed with water was found. No little yolk had been drawn into the belly. Disposition and location corresponded to the description of Aristotle.

**Decimo octavo die
On the eighteenth day**



Decimo octavo deprehendi inter membranam quartam et pullum, quid excrementi veri ex pullo. quarta membrana involvebat luteum et pullum. pullus fuit totus plumosus et ventricosus. Separata pulli membrana, repperi propriam vitelli membranam multis venis refertam, atque media ex parte cum vitello iam in longum exproducto, in ventrem raptam. viscosum, et album, cuius mentio est facta, omnino absumptum fuit. In pullo ventriculus, qui admodum creverat, continuit et parum serosi humoris et plurimum materiei candidae casei instar, quod credidimus chylum esse: tale etiam quid ex intestinis effluxit.

On the eighteenth day I noticed some true excrement from the chick between the fourth membrane and the chick. The fourth membrane surrounded the yolk and the chick. The chick was completely feathered and endowed with belly. When the membrane belonging to the chick was separated, I found that the membrane proper to the yolk was filled with many veins and that in its middle portion it had been pulled into the belly together with the yolk, now drawn out in length. The viscous and white substance which has been mentioned was entirely used up. Within the chick, the stomach, which had grown very much, contained both a little serous fluid and a great deal of a white, cheesy substance which we thought was chyle. Some such substance, indeed, flowed from the intestines.

Undevigesimo die pullus habuit caput deorsum inclinatum sub dextra ala et dextro crure reconditum. aquosus humor erat imminutus ubique, verae faeces inveniebantur inter tunicam quartam et pullum, sic et aquosus humor, quo pullus totus madebat. vitelli membrana conspicue visa est a cute pulli pronasci, atque ex contractione huius membranae vitellum intus rapi, atque absorberi, ut etiam fere absorptus erat. praeter hanc impropriam membranam, obtinuit et propriam multis venis et arteriis refertam. in ventre vidimus ea, quae ante, sed perfectiora, nihil vitelli (ut Albertus magnus vult)

On the nineteenth day the head of the chick was bent down and concealed under the right wing and leg. The aqueous fluid had diminished everywhere. Between the fourth tunic and the chick there were encountered true feces as well as a watery fluid with which the whole chick was wet. The membrane of the yolk was clearly seen to arise from the skin of the chick. The yolk was seen, by the contraction of this membrane, to be drawn inside and absorbed; indeed it had now been almost wholly absorbed. In addition to this improper membrane, the yolk had also a proper one filled with many veins and arteries. We saw in the belly the things which we had seen before but they

in intestinis deprehendi. habebat iam testes, cristam, gallus enim erat, praeterea audivimus pipientem.

Vigesimo die fuit pullus effectus, et in putamine quatuor reperiebantur membranae sive tunicae, in una parte sibi mutuo annexae, quarum duae interiores, multas venas et arterias continebant. [36] Ad pullum quod attinet, vidimus intus tria vasa umbilicalia, quorum duo visa sunt arteriae, unum vena esse. Umbilici foramen occlusum erat, attamen specillo immisso facile aperiri potuit. dilatato foramine cultello, prosiliit vitellus propria sua tunica vestitus, et in longum exproductus. vitelli quantitas paulo fuit minor, atque a principio extitit, cohaerebat beneficio canalis ex intestinis exproducti ipsis intestinis. arteria umbilicalis cuius in 17. diei ovo mentio est habita, multo apertius quam ante visa est pulsare et in cor inseri. venae binae implantationem moliebantur in venae portae ramos longe ab hepate. ex ventriculo dissecto effluxit chylus solito magis flavus, cum paucis aquae, ex ingluvie aqua, ex recto intestino faeces subvirides. iecoris ad luteum colorem magis, quam ad rubicundum color tendebat, pulmo erat rubicundus.

Hippocratis sententia.

Hippoc: in libro de natura pueri⁴ sic tradit, volucris ex ovi luteo nascitur hoc modo. Incubante matre ovum calescit, et quod in ovo inest a matre movetur, calescens autem id, quod in ovo inest, spiritum habet, et alterum frigidum ab aere per ovum attrahit. ovum enim adeo rarum est, ut spiritum, qui attrahitur, sufficientem ei, quod intus est, transmittat: et augescit volucris in ovo, et coarticulatur modo eodem ac consimili, velut puer, quemadmodum iam antea a me relatum est. Nascitur autem ex luteo ovi volucris, alimentum vero et augmentum habet ex albo, quod in ovo est. atque hoc iam omnibus manifestum factum est, qui animum adverterunt. Ubi autem deficit alimentum pullo ex ovo, non habens id sufficiens, unde vivat, fortiter movetur in ovo uberius alimentum quaerens, et pelliculae circumdirumpuntur, et ubi mater sentit pullum vehementer motum, putamen exscalpens ipsum excludit. atque haec fieri solent in viginti diebus, et manifestum est, quod ita se habent. Ubi enim excusa est volucris, nullus humor in ovi testis inest, qui sane memorabilis existat, expensus enim est in pullum. Itidem Hippo: eodem in loco

